This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

PALAESTRA MEDICA

EX VARIIS OMNIUM FERÈ SCIENTIARUM
THEOREMATIBUS EXORNATA,
EX QUIBUS, TAM QUAE AD MEDICINAM
Theorico-Practicam, Chirurgico-Pharmaceuticam,
quàm quae ad Politicam, Mathematicam, Legalem,
Canonico-Theologicam pertinent, aliquae
educuntur Theses, examinantur,
defenduntur.
THEATRUM, QUOD, PRO ADIMPLENDO
SOCIETATIS REGIAE HISPALENSIS
INSTITUTO, PUBLICÈ APERUIT,
D. O. D. O.

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA

EMINENT.MO AC EXCELL.MO
D. D. D. FRANCISCO S. R. E.
PRESBYTERO CARDINALI DE SOLIS
FOLCH DE CARDONA, TITULO BASILICAE
SANCTORUM DUODECIM APOSTOLORUM,
Regalis, Eminentisque Hispanici Ordinis Caroli III.
nec non Insignis, et Regii D. Januarii, simul ac
Calatravensis, &c. Archiepiscopo Hispalensi,
Regiis â Consiliis, &c.

D.D.FRANC.CUS HERMENEGILDUS
DE BUENDIA PONZE, ET CABRERA, PRESBYTER,
Medicus â Regio Catholicae Majestatis Cubiculo, ipsiusque
Eminentissimi, olim Societatis Vice Praeses,
nunc ad Consilia, &c.

Cum Approbatione D. Censoris Regii, et cum Permissu: *Hispali*,
ex Typographia signatè Latina *Francisci Sanchez Reciente*,
Regiae Medicae Societatis Typographi,
ANNO MDCCLXXI.

EMINENTISSIME

DOMINE mi..... Satis. Quid amplius? Dominum meum dixi. Omnia dixi. De caeteris quid dicam? Audi.

QUae summa in summo quaeruntur Principe, solus
Aut habet hic Princeps, aut ea nullus habet.

DIXI.

Eminentiae vestrae

Humillim.^{s} Additiss.^{s}
et Observantiss.^{s} servus

Dr. Franciscus de Buendia,
et Ponze.

ARTICULUS PRIMUS.

MEDICO-THEORICO-PRACTICUS.

CÙM penè innumerabiles, et quidem Jure Optimo, sint commendationes, et elogia, quibus permulti Viri amplissimi praestantissimam Medicinae Facultatem, ob ejus utilitatem, et excellentiam extulerunt, non est, cur diù immoremur in hujus medendi Artis laudibus, et encomiis. Nobilis â principio, utpotè â Deo creata. Utilis in fine, quatenus in Viventium subsidium ab Ipso gratis concessa. Sed quid? Ejus necessitatem praeter alias, Jus Civile, et Canonicum, Sacraque Theologia nobis quotidie non ostendunt? Harum Resolutiones variae non leve hujus veritatis afferunt argumentum, cùm ad earum rectas, fundatasque determinationes ad Physices, et Medicinae principia saepè saepiùs confugiunt. Hinc est, quòd Regalis Societas Hispalensis non solùm Medicinae, verùm etiam, et aliarum Scientiarum nomen, haùd immeritò, adepta est. Nos, igitur, non alicujus bracteatae, et inanis gloriolae cupiditate arrepti, sed tantùm, ut illius exequatur Regale Decretum, has ex promiscua Medicina deductas Theses publicae disputationi proponere conati sumus! Utinam in communis utilitatis cedant beneficium! O utinam!

§. 1. *DE FEBRIBUS.*

ET adhuc cognita nobis est Febris natura? Dubito. Alii in calore extraneo, Alii in fermentatione, Hi in motu Cordis accelerato,

Illi in spastica strictura, &c. consistere statuunt. Sed Nostrum cùm non sit in praesentiarum, tantas inter eos componere lites, solùm sustinemus, quòd —— —— —— —— ——

I. Non omnes Febres sunt Medicandae, immò, et aliquando accendendae.

Ad excessum mittendi sanguinem in Erisipelatibus, et aliis infirmitatibus hujusmodi obsistendum, Aliquibus placuit opinio, ejus omninò prohibens usum. Nos medium iter agentes, utpotè securius, et ipsiusmet naturae legibus consentiens, statuimus, quòd ———

II. In Febribus Erisipelaceis, Morbilosis, et aliis istius modi non potest absolutè proscribi usus Phlebotomiae.

§. 2. *DE MORBIS.*

SUnt, qui generalibus cujuscumque Morbi curativis indicationibus *nimis* adstricti, nec ullas earum admittere exceptiones volunt. Sed cùm ab arte recedere aliquando ars sit, et peculiari modo auxiliari vidimus Morbis, qui via regulari adjuti, abire nequivere, experientia duce, defendimus, —— —— —— —— ——

III. Non dari Morbum, in quo aliquando non sit indicata sanguinis missio, et è contra, in quo semper sit conveniens ejus detractio.

Semel, et iterùm alicujus morbosi producti vehementia ita aegros premit, ut à Medico auxilium petere sint coacti. Sed cùm hoc in remedii exhibitione non inconsultò fieri debeat, affirmamus, quòd —— —— —— —— —— ——

IV. Morbus succesivus, sive qui aliis supervenit, non debet radicitùs curari, si de principaliori ad minùs principalem partem transitum fecit.

§. 3. *DE SANGUINIS MISSIONE.*

MUltotiès in praxi haesitat Medicus, ad quam porrigere manus debeat partem, in remedii determinatione. In Nostro eventu, solùm sustinere statuimus, quòd ——— ——— ———

V. In dubio, an sanguinis detractio conveniat, an non, hoc, vel illo casu? tutius est eam omittere, quàm celebrare.

§. 4. *DE PURGANTIBUS.*

HOminum in statuendis novis Systhematibus vetus cupidò, et repellendis viis, quas Alii feliciter sequuti fuere, illos coegit, ad ipsius ferè veritatis tramitibus obstandum. Talis illorum fuit, qui se in ejiciendis ab usu medico Expurgantibus medicamentis fuere obstricti. Nos contra eorum statutum firmiter defendere conabimur, ——— ——— ——— ——— ——— ———

VI. Usum Emeticorum, et Expurgantium, attentis naturae legibus, ratione, et experientia, non debere rejici â Foro Medico.

§. 5. *DE GRAVIDIS.*

IN Medicina sunt aliqui communes errores, qui in hominum mentibus fortiter infixi, nec tam facile est ab eis removere. Non infimum inter hos obtinet locum, qui, circa tempus mittendi sanguinem in Foecundis, jam diù praevaluit. Nos, de ejusdem fundamentis diffidentes, contrarium propugnare parati sumus. Ita ergo. ———

VII. In Utero gerentibus, in quibus est indicata sanguinis missio, mensium parium, aut imparium computatio pendenda.

§. 6. DE HYDROPHOBIA.

ALiquarum Aegritudinum indomita conditio, quae, nec efficacioribus auxiliis evinci potuit, Medicos adegit, ut iis semitis relictis, ad alias transeuntes, remedium forsàn feliciter invenirent. Exemplum damus, Utilitatem protegimus. —— —— ——

VIII. In Hydrophobis, seu â Cane rabido morsis, usus Mercurii, tanquam remedium praesentaneum promoveri potest.

Vulgaria Axiomata Hominum Judicio, nunquàm non instar brevis Sententiae, fuere accepta. Inter Hispanos illud, quod suo idiomate sonat: *Muérto el Perro, muere la rabia*, hoc est mortuo Cane, moritur et rabies, ab antiquâ traditione ortum ducit. Sed cùm de hoc inter Authores, quos vidimus, nil dignè scriptum inveniatur, et aliter de suae veritatis fundamento dubia mente feratur, Nos in id propendentes, defendimus, quòd — —— ——

IX. Occisio Canis rabidi, aliquem Hominem mordentis, utilis, et quandoque necessaria.

§. 7. DE ABSTINENTIA.

DIaetae nostrae refectionis consuetudo ita ab omnibus necessaria creditur, ut illa deficiente, et vitam deficere, extra dubium ponant. Nec â causis naturalibus provenire admittunt, dato casu, sed ad alia principia adscribere festinant. Hujus Phoenomeni examen non parum utilitatis, et Physicis, et Canonistis

affert

affert ad eorum judicium ritè stabiliendum. In facto, Nostrum, quod substinebimus. — — — — — —

X. Est naturaliter possibile, et conveniens, aliquibus in casibus, infirmos protrahere ad multos dies sinè cibatione.

Non desunt, qui Charitate Christiana arrepti, infirmos, etiam in ultimo agone, alere, nè â cibi defectu priùs ê vita discedant, disponunt. Saepenumero ostendit experientia, potiùs ab alimento, quàm ab abstinentia, certis casibus, illos cum morte animam commutare. Non omnibus est aequale Judicium. Conclusio regulam, Defensio veritatem deteget. — — — —

XI. Aegroto in extremis horis constituto, tenetur Medicus, nil cibi propinare, si ex ejus usu aliqua sequantur respirationi suae, stomacho, &c. incommoda.

§. 8. *DE BALNEIS.*

JAM diù inter Professores fulcita fuit contentio, an iste, an ille locus ad Balnea generalia, cùm utilitate conferenda, sit opportunior? Quidquid sit de fundamentis contrarium tenentibus, modò Nos, et semper propugnabimus, quòd — — —

XII. Balnea aquae dulcis, quae in vase capaci, vulgò *Tina*, domi administrantur, praeferri debent iis, quae sub dio in fluminibus exhiberi solent.

AR-

ARTICULUS SECUNDUS.

THEORICO-PRACTICO-CHIRURGICUS.

CHIRURGIA, antiquissima Medicinae pars, nè dicam antiquior, est illa, quae in manuum operatione consistit. Utinam hodie, sicut quondam Romae, in uno, et Medici, sic dicti, et Chirurgi munus, eodemque subjecto unum esset! Haec fatalis divisio Artis multa peperit praejudicia, non omnibus nota. Ejus exercitium ritè moderatum, non solùm Mortalibus magna beneficia praestat, sed etiam recta comprehensio saepè saepiùs Legumperitis, Renunciationum causa, plurimùm famulatur. Enimverò, qui Artem Medicam profitetur, licèt in illius operationibus non se exerceat, ut perfecti nomine potiatur, Chirurgiae notionem callere debet. Nos igitur speciosam ejusdem Sylvam properantes, aliquos ex illa flores colligemus. Tales sequentes.

§. 1. *DE TUMORIBUS.*

EX errore in aliquarum infirmitatum causis inquirendis, interdum orta fuit origo, ut nec illarum perfecta acquiratur curatio. Hoc, quod in opprobrium tendit Medentis, non minùs adversos solet producere effectus. Conclusio probat, Nos Conclusionem probabimus. —— —— —— —— ——

I. Bubones Inguinales, qui communiter â Chirurgis ex Lue Venerea censentur esse producti, non semper suos debent natales commercio illicito.

Prin-

Principum Medicinae effatis non benè perspectis, non semèl; et in illorum dedecus se se convertere valent, et non pauca in curationibus errata patrare. Ut Mentem nostram aperiamus, Conclusio dat occasionem. —— —— —— —— ——

II. Cancros occultos habentes meliùs est curare, quàm prognosticis eos relinquere.

§. 2. *DE VULNERIBUS.*

NON tantùm unus est, qui ex ignorantia essentiae aliquorum Morborum Chirurgicorum, accidentiumque eos distinguentium, sequitur ominosus effectus; sed etiam, ad alios se extendens, non levia producit incommoda. Ex nostra Thesi infertur Casus, ad quem sustinendum, Defensionem paramus. ——

III. Lacthalitas Vulnerum Cerebri, Cordis, Ventriculi, Intestinorum, Hepatis, et Vesicae â Chirurgis tanquàm certa admissa, est absolutè falsa, generaliter loquendo.

Iterùm, atque iterùm â levamine privantur Aegroti, eos in manus suae necessitatis Medens deserendos; quia quod circa earum infirmitatum auxilii inventionem alii fortunatè insudavere, ipsum fugit. Ab eorum assiduo labore edocti sumus, quod propugnamus. ——

IV. Mutilatum aliquod membrum minus potest studio restitui, tempore, operatione, et remediis opportunis ritè applicatis.

§. 3. *DE OPERATIONIBUS.*

QUàm lento pede procedunt timor, et inscitia! Saepenumero creditur impossibile, quod patrare nescitur. Non semel au-

audaces fortuna juvat prudens, timidosque repellit. Dictum extricat Thesis. Nos dictum factis exequamur. — —— —— —

V. Trepanatio, seu capitis perforatio potest, et debet exerceri in casu, quo, Chirurgo sic judicante, non sit aliud remedium Patienti proficuum.

In omni Morbo, in quo, naturam ultra morem progredi, minatur, est, illam in praecipitium prolabi, perpetrare. Non illa semper aeget auxilio; et non minùs aberratur eam absque necessitate secundando, quàm indigendo relinquere. Habet sua tempora Natura, suosque modos; neque ex nostra operatur Sententia, aut Arbitrio subjicitur. Semel, atque iterùm monstravit experientia, non sinè dolore, quod sequens Argumentum cavere conatur. —— ——

VI. Retentis Secundinis post partum melius est naturae relinquere earum exclusionem, remediis eam juvantibus non neglectis, quàm manuum ope illam patrare.

ARTICULUS TERTIUS.

PHARMACEUTICO-GALENICO-CHYMICUS.

PHARMACIA utilissima tertia Medicinae pars, etiam â toto infeliciter divulsa, est illa, quæ ad Mortalium solatium vehementer impulsa, non solùm scrutatur, per tria Regna vegetale scilicet, animale, et minerale peragrando, corporum virtutes, verùm etiam, et eorum utiliorem modum usui medico preparare se proponit. Satis adhuc non habita in remediis parandis fatigatur valdè, ut Aegris jucundiora ipsa in illorum exhibitione sint. Sed quid? Celebris Ars Chymica non solerti ingenio elaboratur usque dùm nobiliora medicamina ex ipsis venenis extrahat? Pergamus ergo, ad aliqua ex Pharmacia Argumenta proponendum.

§. 1. *DE BOTANICA.*

SCientia Botanica, licèt Physices primum objectum sit, ita Arti Medicae necessaria est, ut sinè ipsius notione finem, ad quem destinatur, consequi non valet. Hinc est, quòd Professor nequit non ejusdem notitiam sibi debitam habere; cujus Argumentum sic Nobis explanare placet ——

I. Debet Pharmacopola omnium officinalium herbarum cognitione esse ritè instructus, nec vulgarium Herbariorum notitiis fidere, ut debitè suo munere utatur.

Semper, et omni tempore in efformando Systhemate ad Plantarum notionem exactam consequendam Mens Humana insudavit;

Caeterum ipsius inventio, et certitudo, hucusque nos fugiunt. Aliquibus in judicium venit ex illarum similitudine virtutum aequalitatem inferre. Sed Nos hanc opinionem non sectantes, affirmamus, quòd —— —— —— —— —— ——

II. Externa configuratio Plantarum, aliquomodo inter se convenientium, non arguit necessariò identitatem in suis Medicinalibus virtutibus.

§. 2. *DE PHARMACIA-GALENICA.*

IPsius maximi Febrifugi efficacia, tum infirmorum, qui ejusdem ad eorum curationes egent auxilio, repugnantia saepè Medicamentariorum ingenia torquet ad varios illius apparatus incumbere. Commendamus methodum; Sed experti sustinemus, quòd —— —— —— —— —— —— ——

III. Praeparata, sive Galenica, sive Chymica ex Cortice Peruviano usui Medico elicita, sunt inferioris virtutis ipso Cortice, pulverum forma exhibito.

Tot simplicium in praeparationibus aliquibus Pharmaceuticis foecunda congeries, ipsorum licèt sint firmatae virtutes, millies, et ampliùs pensitavimus, àn illarum efficaciores vires gerere ipsa queat, nec ne? Hujus, ergo, Praxis Nos hucusque fundamento non superati, exclamare decrevimus —— —— —— —— ——

IV. Multiplicitas simplicium Medicinalium in aliquo Emplastro, et Confectione ingredientium, inutilis.

§. 3. DE CHYMICA.

ETiam Medicinae Forensis interest, judicium quandoque a Pharmacopola petere; nam Momentis utrumque libens examinat aequis, iste. Nequitiam aliquorum corporum, aut innocentiam denuntiare non semel, aut bis ad criminum naturam constituendam prodest. En exemplar, sed et Sententiam Nostram. ——

V. Auripigmentum, Chymicè examinatum, non est venenum, ut communiter fertur.

Non omnes ad unum sentiunt Chymici ignis circa effectus, et productiones in Corporum analysi. Alii, ipsius operatione, quid de novo in illis generari, quidque amitti, contendunt: Sed contrarium Alii tendentes, non levia inter eos excitantur dubia. Nos salium generationi, suis contentionibus omissis, propinquantes, unum tantùm ex iis disputationi offerimus Argumentum. Hoc ita. ——

VI. Sales Lixiviosi suum specificum charactèrem, plantis, ex quibus eruti fuere, correspondentem, retinent, qui illos inter se distinguere valet.

ARTICULUS QUARTUS.

MEDICO-POLITICO-MATHEMATICUS.

PRAETER allata tria Medicinae Membra, quae propriè ad deperditam Mortalium salutem restituendam tendunt, Medicos petit, aliarum Scientiarum respectivam notionem habere, ut munus suum omnibus numeris absolvant, quoties circa ipsas aliquomodo rogati sint. Has inter recenseri promeretur, quae Medicina Politico Christiana denominari solet; et est illa, quae regulas prudentiae respectu Medici dirigendo, in Proximorum etiam abit ipsa gratiam. Ex hac igitur, aliquas attolemus Theses, quae, exemplorum vices gerendo, Atletharum sapientum felicibus solertiis dabunt ocasionem. Neque Matheseos aulam silentio praetermittemus, ut penitùs expleatur Nostri Propositi institutum. Ad rem.

§. 1. *DE EXPONENDO JUDICIO IN MEDICO.*

SUI ipsius Amoris caecitas, aut ostendendi ignorantiam pudor plurimos impellit, varia juxta Quaesita suum pandere judicium, quibus haùd unquam operam dedere, hanc vel quia necessariam non censuerunt, vel alia ratione, quam Nostrum non est expendere. Caeterùm, cùm nobis velata non sint harum resolutionum infelicia, fortassè, sequentia, statuere debemus, quòd —— —— ——

I. Non expedit Medico, â Judice rogato, pro decissione Legali, aut Morali, suum exponere Judicium, si fundamenta harum Scientiarum, respectu suae, perfectè non calleat,

§. 2.

§. 2. *DE CONSULTATIONIBUS MEDICIS.*

LApsus nostros abdendi insita propensio, vel omissiones excusationibus simulandi inclinatio multoties ansam dedit miseris noxiis, quae illius facinoris fallaciam ingravescunt. Et quis dubia haerebit mente, si spiritum Nostrae Thesis cogitatione assequatur attentè? —— —— —— —— —— —— ——

II. Tenetur Medicus, cùm aliis concilium iniens, errores, in quos fortasis, lapsus sit, in curatione alicujus Patientis palàm facere, ut illorum hujus in levamen rectè feratur Judicium.

§. 3. *DE EMPIRICIS.*

ALiquorum irritis verbis extollentium levis amplificatio certorum circa Arcanorum efficaciam ad Morbos, etsi contumaciores, prosternendos, quae apud Criticos solidi concilii garrulitatem, vulgò *charlataneria*, sonat, non solùm Hominum saluti parùm prodest, verùm etiam ipsi magno parant pretio suam credulitatem. Sit igitur illis documentum, horumque in notitiam cedat sequens Propositio.—

III. Nequit Medicus aliquod remedium, tanquàm singulare specificum pro Morbis curandis proclamare, quin priùs de illo, constanti, et rationali experientia, sit securus.

§. 4. *DE MEDICI PRUDENTIA.*

ABS re non est alienum, quòd Homines verè Sapientes, si ab aliqua correpti fuerint infirmitate, scire cupiant, quem subeant Morbum, quaque methodo, et remediis Medici intendant ipsis auxiliari. Si enim ad favorabilem abitum attingendum in subsidiorum ex-

hibi-

hibitione, fiducia, quantùm valeat, omnibus notum est, quisnam jam dubius pendeat, quàm justa sit illorum aviditas, quàm debitus Medicorum consensus. Id circo ——— ——— ——— ——— ———

IV. Aegrotanti docto, erga suas infirmitates, remediorumque applicationem demandanti, debet Medicus satisfacere, nè ab illo suae ignorantiae arguatur.

§. 5. *DE ASTROLOGIA.*

A Suis facultatibus, et privilegiis Astronomiae utilitatem nudare, non animi Nostri est. Circa ejus praestantiam omnes in confesso sunt, et Nos etiam cùm illis eam palàm erimus facturi. Cetèrùm de ipsius omnimoda necessitate Machaoniae Artis exercitio Cuncti unanimiter non consentiunt. Tale est circa hoc Nostrum Arbitrium. ——— ——— ——— ——— ——— ———

V. Astronomiae studium, quatenùs ad curationes Morborum attinet, non est omninò necessarium.

Dominium Lunae, et imperium expandere, adeò apud aliquos optatum est, ut vix dùm negotium adèst, quin ab ea, Oraculi instar, concilium posci, non videatur ad ejus determinationem. Neque defuerunt, qui Artem Medicam exercentes, nullum Patientibus exhibebant auxilium, priùs quàm ipsius aspectum speculari festinassent. In arenam descendant, qui huic favent opinioni, donèc, quoad Nostrum est, Palaestrae, contrariae annuentes, adstamus. Sit itaque. ———

VI. Lunae observationes ad sanguinem mittendum, aut purgandum nil attendendae, si necessitas exigat.

AR-

ARTICULUS QUINTUS.

MEDICO-LEGALIS.

IPSA vox Jurisprudentia, de qua in praesenti, depromit abundè, quantam debere esse illorum, qui Legum studio, et usui vacant confestim! Ad earum optimam applicationem in Jure, casuumque resolutiones rectè moderandas, saepius ipsi ad Physices, et Medicinae Thesauros confugere obstringuntur. Inde est, quòd Physico-Medici tenentur esse instituti adeò, ut possint iis praebere solidum fundamen in rebus. Sequentes Propositiones utrisque exempla ministrabunt.

§. 1. *DE TORTURIS.*

TImor, et dolor corporis, et animi rapida Pathemata, quantùm illorum conditiones queant variare, inficias ibit Nemo. Persaepe ruunt in praeceps Mortales, illorum crudeles impetus aufugientes, quod idem est, ac incidere in Scyllam cupientes vitare Charybdim. En fundamentum instantis Problematis, cujus auxilio defendemus, quòd — — — — —

I. Tormentis, aut Torturis, quibus Judices ad delictorum indagationem utuntur, parùm fidendum.

§. 2. *DE VULNERUM RENUNTIATIONE.*

UBI non est rerum certa cognitio, magna cautela opus esse, omnibus sanae mentis compertum est. Sed tam efficaciori indigetur solicitudine, quam majoris pretii res aestimanda venit.

Nec

Nec dari potest Lex, quae Nos ad renuntiationem compellat; dum praepropera resolutio ad felicem exitum non perducatur. Ex his Thesis. — — — — — — —

II. Supposita, ut jam dictum, laethalium vulnerum incertitudine, nec Chirurgi possunt, nec Judices eos cogere, in eorum renuntiatione, quidquam proferre; quin priùs illorum essentiam, situm, extensionem, exitum, &c. examinent, certum, ut certum, dubium, ut tale, deponentes.

§. 3. *DE JUDICIS POLITICA.*

QUàm Sancta sunt vitae humanae Jura, et Privilegia! Talis tenetur esse Medici solertia, semper ac ejus curae Languens committatur. Nec minùs prudentis Judicis esse debet integritas; siquidem ex ejus decreto, funus, et vita pendent. Multiplices sunt utriusque sortes. Unam tantùm exponemus, Tutelam parantes. — — — — — — —

III. Tenetur Judex morti tradere Canem rabidum, qui hominem momordit, dummodo hic, curationis suae gratia illam exposcat.

§. 4. *DE VENENIS.*

IN aliquorum eventuum expositione saepè initimur, quia, quod illi ab alio fonte oriri queant, prorsus ignoramus. Infelix ille, cujus fortunae egressus rapido pendet judicio! O quanti angoris, errorumque est origo inscitia, et meditationis defectus! Arcanum extricat Assertum defendens. — — — —

IV.

IV. Effectus morbosi dissolutionis, coagulationis, sphacelationis, &c. qui in cadaverum sectionibus observari possunt, non inferunt precisè esse productos â veneno dativo, et consequenter, nec sufficiens argumentum ad criminis certitudinem in casu facti.

§. 5. *DE GEMELLIS:*

CUM non rarò, deficiente aliquarum rerum demonstratione, medium eligere necesse sit, tum probabilius vices certitudinis gerit : Nam in ambiguis, quod magis ad mentem accedit, adoptare prudentia Nos docet. Hoc est fundamentum Nostrae Thesis asserentis, quòd ——

V. In dubiis? quisnàm ex Gemellis prior natus sit ad instituendam Primogenituram in Jure, robustior, et vivacior censendus est talis.

ARTICULUS SEXTUS.

MEDICO-CANONICO-THEOLOGICUS.

THEOLOGIA, Scientia divina, omnibus aliis Superior, sui Objecti respectu, suique finis, Dignitate Prima, cujus rectum consilium tantùm Mortalium interest, ad Physices etiam arcana inquirenda aliquoties properat, ut ipsius judicia ritè structa sint. Nos igitur, hoc fundamine magno roborati, Sacra hujus colendi Palatii limina attingere haud timemus. Id circo aliquas ex ipsa Regia attollemus Theses, quae fortè ejus scopo valebunt suppeditare sublimi. Sunt ergo.

§. 1. *DE ECCLESIASTICA SEPULTURA.*

IN resolutionibus Theologicis semper ac incerta mente feratur, Pietas Christiana tenetur, et ita, in egentium subsidium, Lege in contrarium non stante, suos ampliare favores. Sed cùm non infrequenter Judicis munere gerere cupiens stolidum Vulgus turmatim adversus illos infortunatè exclamare minitetur, et Nos etiam contra id ipsum intentemus. Exemplum casum exhibet. — —— —

I. Laqueo suspensis, sive iis, qui aliquo alio modo interfecti fuere reperti, non est deneganda Ecclesiastica sepultura; si aliter de sua deliberata desperatione non constet.

§. 2. *DE ABSTINENTIAE OBLIGATIONE.*

ALicubi locorum sunt quidam abusus, quos Jure consuetudinis ferendo, dificile est admodùm â sua possesione abducere.

Mortis poenae adjectos ad carnes vescendas, die prohibito, gratia potiri, jam dudum mos obtinuit. Nec deficiunt, qui huic antiquo usui faveant; sed Nobis de ejus licitudine diffidentibus, sic eloqui fas sit-Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem. Ad propositum ——— ——— ——— ——— ——— ——— ———

II. Ultimo supplicio damnatis, et in tempore suae praeparationis spiritualis expositis, non licet, diebus ab Ecclesia vetitis, carnes edere; aliud si novum accidens non exposcat.

§. 3. *DE SECRETI VALORE.*

INterdum metus frustrantur, et ignoratio, cui studium, et cauta determinatio auxiliari valebunt. Practica observatio hanc inquisitionem excitabit. Subjiciantur examini discursus, et se temperet inferior viribus superioris sententiae. Propositum explanemus, Aulam aperiamus ——— ——— ——— ——— ———

III. Medico, quem Mulier sub sigillo, suae curationis gratia, communicavit, se esse illicitè grayidam, licet, illa mortua, illud revelare, ad ejus dissectionem, factui ut Sacrum conferatur Lavacrum.

§. 4. *DE AEGROTANTE HABITUALI.*

MIraculorumPortento debita reverentia vix nos concedit, Nostrum exponere judicium, in quibus nec adsit, quod ejus solemni cultui non suppetere redoleat. Ipse Dominus, cujus meritum est infinitum, nunquam non se se humanum praebetMortalibus, hac gratia dignis. Hanc ob causam, salva sua gloria semper, Nos

timi-

timidi suscipimus expendere, si haec inter extrema medium inveniri valebit. Hic casus — — — — — — — —

IV. Infirmo diu laboranti, cui nec Physicè, nec Moraliter est possibile horis solitis Coelesti pane se reficere, licet injejuno Sacram Eucharistiam accipere etiam extra mortis periculum.

§. 5. *DE JEJUNIO.*

QUibus mos fuit, nostro opinandi modo non conveniens, eos arbitrio subjicere Nostrum non est. Attamen fundamenta, si aliqua, hujus Propositi inquirere, non alienum, imò, et rationi consonum unicuique palàm erit. Nostri igitur tantùm refert, et excutioni locum dare, et veritatem inveniendi aviditate affici. En rationem, en Thesim, en Mentem nostram — — — — —

V. Dispensatus quoad carnes, non tamen à Jejunio, non potest iis, Dominicis Quadragesimalibus, plùs quàm una vice, in die uti.

PALESTRAE ADSTABIT CUNCTA,
DEO FAVENTE, PROPUGNATURUS
BACC. D. ANTONIUS MICHAEL
DE LOS SANTOS, ET ROCHA,
Apolineae Facultatis condecoratus Alumnus:
In Templo Domus ejusdem Societatis in Vico vulgò de las Armas,
die 19. Decembris ann. Dñi. 1771.

BIBLIOTECA